



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Svibertus. Episcopvs. 1. Martii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

lepram  
lam,  
ves! quām jacundi erunt labores pœnitentiæ! si  
interdum consideraveris horrendas veterum mo-  
nachorum austoritatem, & tormenta, quæ Christus  
pro te passus est. Aequum est, ut per brevissimum  
vitæ nostræ spatiū æternam quæramus felicitatem.

*Quaramus usq; in finem, unde sine fine gaudere  
increamur. Euch.*



## MARTIUS.

### S. SWIBERTUS. EPISCOPVS.

I. Martii.

*Tu si vis esse cælum, purga de corde  
tuo terram: si vis esse stella cæli,  
purga sordes terræ. Aug. in ps. 96.*

H<sup>V</sup>hus etiam splendorem multò ante,  
quām nasceretur, stella nuntiavit, in  
mattis lectulum visa delabi. Proprium certè  
sidus in SWIBERTO Hollandi, Daci, Lo-  
tharingi, Brunovicenses, Frisones, West-  
phali, Saxones, Colonienses, aliiq; agnos-  
cunt, ut quibus omnibus fidem ille in su-  
perstitionis nocte prælucere cœpit, cùm

K 3                    primūm

primā anno quinto decimo inter viros  
Religiosos adlectus fuit, multò magis po-  
stea, cùm facere hoc impositū munus Epis-  
copi jussit. Sed & Numen cálculo suo Apo-  
stoli officium confirmavit, quando vinctum  
à Germanis, missō Genio bono, è carcere  
eduxit. Testes porrò dicenti accesserunt  
præter alios cæci, surdi, muti, dæmones  
ad eo ipsi, & tres demortui; illi sani omnes  
à Divi manu; hi vel pulsī, vel in vitam re-  
vocati. Atque hos inter adolescentem me-  
morant, cui vocabulum Splinterus erat.  
Hic SWIBERTO templum amni superstru-  
ctum sacrante, dum cymbâ ludit incautus,  
excidit, & aquas haustus mœrore festum di-  
em contaminat. Parentes alieni à divino  
cultu, defunctum in sanum proximum in-  
ferunt, & frustra omnibus precibus arma-  
tas Martis aures pulsant. Nimirum vitam  
ille redderet, qui aufert omnibus? Quod  
tamen hujus non potuit, IESV nomen in-  
voçatum à SWIBERTO potuit, & puer in  
vitam revocatus, plures à superstitione re-  
vocavit. Denique Stella nobilis, SWI-  
BERTVS cùm diu in terris egisset, locum  
suum, ex quo venerat, repetiit.

*Ex Surio*

MEDIT-

160) 163 (160)

## MEDITATIO

*Eftis hodie ficut stella celi.*

1. **Q**uem Sol JESUS aspicit ut Swibertum, is quantumvis antea terra umbra nigrior, in celo stellam elucescit. Cur Maria resplendet pulchra ut luna? cur Apostoli fulgent ut Stelle duodecim Zodiaci? quia Sol JESUS eos aspexit gratiae radius. O JESU qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, respice me, & misere te mei. ps 24.

2. Vix respexit JESUS Apostolos, nec mora suis virtutum radiis Ecclesiam ceu cælum suis honorū operum, virtutumque radiis exornarunt *Ornamenta celorum, sunt virtutes prædicantium.* Greg. hom. 30. Tu si non voce in cathedrâ, saltem virtutibus prædicta, & Ecclesiam splendore sanctioris vitæ exorna.

3. Stellæ dederunt lumen in custodiis, vocatæ sunt & dixerunt adsumus Stella es in Ecclesia Dei? vocatus à Deo cum Abraha, dic adsum: & verbum Domini ad amissim imple. *In celo nulla transgressio, non demutatio, non infirmitas, non otium,* sed in indefessu obedientie ministeriu perseverat, quo exemplo in sanctis quoq; qui cœlestes sunt, Dei verbum manere credendum est. Hilarius.

K 4

S. CEA-